



**Das Grössere Krancken-Buch, Sampt vorhergehender  
Fürbereitung Zu einem Seeligen End, P. Martini, Capucini**

**Martin <von Cochem>**

**Franckfurt am Mayn, 1689**

Approbatio duorum Theologorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60465](#)

## Approbatio duorum Theologorum.

**E**x ardentis animarum zelo voluit Adm.  
Ven. Pater Martinus Cochemensis Capu-  
cinus cum Apostolo, 1. Cor. 1. Omnibus omnia  
fieri, ut omnes lucrificaret; ideoque factus est  
in hoc Infirmitatum Libello à se utilissimè con-  
scripto, infirmis infirmus, ut Infirmos lucri-  
faceret. Qued Opusculum unà cum Bene-  
dictionibus & Exorcismis alias approbatis,  
de Mandato Reverendi Patris Alexandri  
Lieserani, Rhenana Provinciae Provincialis  
Vicarii diligenter perlegi, nilq; in eo nisi piuum,  
nisi utile, nisi sanctum reperi; ideoque dignum  
ut Typis mandetur judicavi. Datum Mo-  
guntia, 4. Julii, Anno 1685.

Fr. Raphaël, Capuc. SS. Theol. Lect.

**B**eat Mortui qui in Domino moriuntur,  
Bait Apocalypticus Angelus. Ut autem  
in Domino moriaris, & æternaliter beatus  
evadas, præsentat tibi Adm. V. P. Martinus  
Cochemensis, Ordinis nostri Seraphici Fra-  
trum Capucinorū Prædicator & Animarum  
Zelator, Methodum & praxin utilissimam,  
nec non & piissimam. Quâ si devotè &  
zelosè ægritudinis tempore usus fueris,  
eamque practicaveris, haud dubiè in Do-  
mino morieris, & æternum beatus evades.

Cum

Cum igitur eandem ex impositione R. P. Alexандri Lieserani, Provinciæ nostræ Vicario Provinciali legerim, nilque fidei orthodoxæ aut sanis moribus contrarium inveniim, quin potius hanc illustrare, illosque docere compererim; hinc dignam censeo, ut obstetricante Prælo, unà cum Benedictiōnibus & Exorcismis usitatis, & in diversis locis approbatis, Lucem videat, & à piis manibus ad manes, exitu proximos, aut actu ergastulum corporis deserentes, juvandos teratur, iisque inserviat. Dabam Moguntiæ, 4. Julii, Anno 1685.

*Fr. Dionysius Luxemburgensis,  
Fr. Min. Capucin. Theol. & Cencio-  
nator Ordinar. licet indignus,*

### Censura Censoris Ordinarii.

**A**rs artium est ars infirmandi & bene moriendi; quam cum egregiè doceat præsens Tractatus Adm. Vener. P. Martini Cochemensis cum, una cum Benedictionibus & Exorcismis usitatis, & jam olim in diversis locis approbatis, imprimi permitto, Moguntia, 21. Maii, An. 1685.

Quirinus Kunckel,  
Officialis Mog. Libro-  
rum Censor.